

dicentibus non intelligantur Fridericus de Salutiis, Thomas ejus filius, & Marchiones de Carretto. Et promittit Senescalcus, quod omnes dictae communitates ratificabunt infra duos menses; & vice versa dicti procuratores Marchiones Salutiidarum promittunt defendere totam terram dicti Regis, & dictarum communitatum, exceptis Philippo de Sabaudia, filiis ejus, & terra sua, & Marchione Montisferrati, in quantum sibi tenetur pro feudo suo. Et quod una pars, vel alia non possit treguam, vel pacem, vel guerram facere, sine mutuo consensu. Item, quod omnia castra, quae in futurum dicti Marchiones acquirant, & tenebunt de feudo Regis; & hoc intelligatur de terra, quam tenet Fridericus de Salutiis, & Thomas ejus filius. Item, quod dicti Marchiones nihil movebunt contra Marchionem Montisferrati, & confederatos ipsi sine consensu Regis.

(1) *Hic perperam addebatur Navarra.*

*Commutatio beneficii ab Oddone Guasco Archid. 20
& commendatore Episcop. Alex. approbata.*

284

MCCCXXXVI.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXXXVI., indictione IV., die Sabati XI. mensis maii in Alexandria, videlicet in domibus Ecclesiae S. Mariae de Borgolio, quarterio Alexandriae praedictae S. Ecclesiae Mediolanensi immediate subiectae, in quibus habitat infrascriptus Dominus Archidiaconus Alexandriae, praesentibus Ven. 30 D. F. Bellengio Dei gratia Abbate monasterii sancti Petri de Borgolio, praedicto Anthonello filio Girardi Guaschi, & Frederico famulo infrascripti Domini Abbatis S. Justinae testibus vocatis ad infrascriptae specialiter, & rogatis. Et existentibus etiam ibidem praesentibus DD. Oglerio Bertramino filio Petri filii D. Joannis Jurisperiti, ac Bertramono filio D. Gabrielis omnibus de Guaschis canonicis beneficiatis Ecclesiae praedictae S. Mariae constitutis coram Ven. D. Oddone Dei gratia Archidiacono, & 40 ordinario civitatis praedictae Alexandriae, ac Apostolicae sedis gratia commendatore Episcopatus ejusdem, ac F. Gilberto eadem gratia Abbate monasterii sanctae Justinae de Sezadio Aquensis dioecesis comisario in hac parte, & ad infrascripta peragenda Rev. in Christo P. D. D. F. Aycardi Dei, & Apostolicae sedis gratia S. Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopi, ut de ipsa commissione constat ipsius Domini Archiepiscopi litteris ejus sigillo consueto pendenti cum filo albo munitis, quarum tenor interius anno- 50 tatur. Discretis viris Antonio nato D. Frederici de Guaschis canonico beneficiato Ecclesiae supra- dictae S. Mariae ex parte una, et Baldassarro nato D. Albertini de Guaschis clerico beneficiato Ecclesiae S. Martini de Gambono plebatus plebis S. Dalmatii de Quargnento jurisdictionis Archidiaconatus Alexandriae supra- dictae ex altera, asserentibus, & volentibus praedicta loca canonicatus, & beneficia, quae obtinent in dictis Ecclesiis, & locis inter sese ad invicem permutare, utroque ipsorum asserente se 60 posse in alterius Ecclesiae, seu loco comodius exercere. Interrogati prius per praedictos DD. Archidiaconum, & Abbatem, si dictam permutationem,

beneficia, ac loca praedicta facere, & permutare volebant, & per ipsos, & totum de volendo ipsam facere eo modo, jure, & forma, quibus melius possent. Responso secuta dictus Baldassarrus ex causa permutationis faciendae praedictae cum praedicto Antonio, & ipsius praebenda praedictos clericatum, beneficium, & praebendam, quos obtinent in dicta Ecclesia S. Martini de Gambono cum omnibus juribus, & pertinentibus suis in manibus ipsius Domini Archidiaconi, tamquam ordinarii sui, & coram ipso pure, libere, sponte, & ex certa scientia resignavit, dictusque Antonius ex causa praedicta praedictum clericatum, beneficium, & praebendam, quos tenebat, & possidebat pacifice, & quiete in saepedicta Ecclesia S. Mariae cum omnibus juribus, & pertinentiis suis in manibus ejusdem Domini Abbatis, & coram ipso auctoritate commissionis praedictae supra- factae per supra- dictum Dominum Archiepiscopum similiter pure, & liberaliter resignavit, dicente tamen ipso Domino Archidiacono, & etiam protestante ante praedictam resignationem factam per dictum Antonium, & in ipsa, & post, quod per aliquem assensum, quem daret in hujusmodi permutatione faciendae dicto Antonio pro Ecclesia S. Mariae praedictae, non intendebat, nec volebat in aliquo praedjudicare juri, quod haberet, seu unquam habuisset Ecclesia major Alexandriae, seu sedes Episcopalis, vel ipse in Ecclesia praedicta S. Mariae. Et quod dictae permutationi consentiebat, salvo semper praedictis Ecclesiae majori, & sedi, ac sibi omni jure, quod reperiretur habere, seu unquam habuisset in praedicta Ecclesia S. Mariae. Quibus resignationibus sic factis praedictus Dominus Archidiaconus clericatum, & beneficium dicti Baldassarri, & dictus Dominus Abbas canonicatum, beneficium, & praebendam dicti Antonii auctoritate dictae commissionis omni modo, jure, & forma, quibus melius potuerunt, & ad eos spectat acceptarunt, & etiam admiserunt ex causa permutationis praedictae. Et dicto Baldassarro dictus Dominus Abbas auctoritate praedicta, praedictos canonicatum, beneficium, & praebendam quos dictus Antonius in praedicta Ecclesia S. Mariae obtinebat, & sic resignatos per ipsum, ut supra cum omnibus juribus, & pertinentiis suis contulit, ac eidem providit de ipsis investiendo ipsum Baldassarrem de praedictis per biretum, quod gestabat in capite. Et dictus Dominus Archidiaconus ipsum Antonium auctoritate ordinaria, qua fungitur supra- dicta de praedictis, clericatu, beneficio, & praebenda, quod dictus Baldassarrus obtinebat in dicta Ecclesia S. Martini per biretum suum ibidem similiter investivit. Post quae dictus Dominus Abbas incontinenter intrans Ecclesiam praedictam S. Mariae in praesentia testium, & canonicorum supra- scriptorum, ac praesente D. Presbitero Joannino Aroba canonico praebendato ejusdem Ecclesiae posuit, & induxit praedictum Baldassarrum in corporalem possessionem dictae Ecclesiae ad praebendam praedictam, investiendo ipsum per pannos altaris majoris Ecclesiae saepe dictae S. Mariae, & per vectem ostii etiam, & funem campanellae parvae in eadem Ecclesia existentis, & assignando eidem stallum in